




Fig. 40.



detineri, sive cylindrūs aqueus ejusdem ubi^{que} cum orbiculō
 diametri, sive gracilior multo, æquè tamen altus, ipsi incum-
 bat. In fistulam igitur ABCD medio fundo sub G perfo-
 ratam demisimus decenter orbiculum nostrum majorem
 EF, & operculum LM ambitum fistulæ ubi^{que} arcte clau-
 dens eousque in cavitatem ejus depresso^{rum} (transmissio ta-
 men prius filo GK, quod orbiculi centro G alligatum erat,
 per operculi tubum vitreum HI) ut tantulum spatiū super-
 esset inter fundum & operculum in quo orbiculus EF sensi-
 bili^{ter} valeret ascendere. Obturata^{deinde} probè operculi
 fistulæque commissurâ orbiculum EF bacillo per tubulum
 IH demisso detinentes, alligari filum GK alteri bilancis bra-
 chio fecimus & aquam desuper per tubulum HI affundi, do-
 nec illa ad I usque sublata cum summo fistulæ AB in eadem
 staret altitudine: tum verò dimissum remoto bacillo orbi-
 culum eadem vi adhærere fundo & ponderis tantundem in
 opposita lance sustentare vidimus, quantum sustinuerat in
 casu Phæn. XVI. cùm totus aquæ cylindrus PQEF eidem ^{Phæn. XIX.}
 orbiculo incubuisset. Huic experimento Steviniano volui-
 mus